

COMPENDIARIA EPHEMERIDVM ENARRA- TIO; QVA NON SOLVM, QVAE AD intellectum & usum pleniorum Ephemeridum faci- unt, sed & plurima alia Chronologica, Astronomica & Astrologica præcepta, ea facilitate explicantur, vt inde quisq; Calendaria anniversaria, & Natiuitatum judicia texere possit.



VM CVIVS QVE REI EXPLICAN-
dæ fundamentum sit definitio, ab ea exorsit, sta-
tuimus, Ephemerides eiusmodi tabulas esse,
quæ ad certa tempora, suis limitibus & no-
tis definita, in numeris exhibent, omnium
& singulorum Planetarum motus, cum
in longum tum in latum, planetarumq;
συγεγένεσις, aliasq; quæ Astronomica & A-
strologica ratione in cœlo considerari so-
lent, passiones, ad singulos mensium civilium dics: unde & La-
tinis Diaria appellantur.

Quod enim tabulae sint, suis ordinibus, classibus & numeris distinctæ,
nemini intuenti non manifestum est: Certis quoq; & suis terminis ac
notis circumscripsis, non promiscuè omnibus eas convenire annis, vel
hinc constat: quod subsequentes semper longius ab insignioribus æris
precedentibus annis absint, aliudq; celi positum ob continuum & di-
versum diversarum stellarum motum, diversaq; anni accidentia, ut tem-
pestates, annona caritatem, bella &c. habeant. Quia vero tria sunt
summa capita, de quibus Ephemeridum tabulas considerantes maximè
solicitos esse videmus: Tempus, Politus cœli & Effectus: Nos usum
earum exposituri, ut cuiusvis desiderio satisfaciamus, totam hanc no-
stram Ephemeridum explicationem in tres distribuimus partes. Prima
est de tempore, docens, quomodo ex Chronologicis fundamentis, æra di-
verse

Partes très
enarratio-
nis Ephe-
meridum.

i De tem-
porc.

A

versa